

www.e-rara.ch

M. Fab. Quintiliani oratoris eloquentissimi declamationum liber

Quintilianus, Marcus Fabius

Basileae, anno 1549

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-2099>

M. Fabii Quintiliani, avi, Quintiliani [sic] institutionum oratoriarum scriptoris, declamatio
ultima

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

M. FABII QVINTILIANI, AVL

QVINTILIANI INSTITVTIONVM

Oratoriarum scriptoris, De/
clamatio ultima.

A V I A T E S T I S.

Vi habebat matrem, duxit uxorem, ex qua natum fili-
um auiae nutriendum dedit. Moriens heredem filium
fecit, substituit uxorem, dispensatorem suum manumitti
iussit. Puer reductus ad matrem, & ab ea in fundo mari-
timo uisis pyratis relictus non comparuit. Post paucos die-
s cadauer confusus liniamentis, quod filius putaretur, in
idem litus eiecitur mater ductis sepeliuit exequijs. Dis-
pensator manumissus ab ea, post aliquot annos negotia-
tum profectus, adolefcētem quem dominū diceret, apud
uenalitiarium repertum indicio asserēs, euicit. cum eo re-
uerlit in patriam. Puerū agnoscit auia: negat suū mater.

D E C L A M A T I O.

Causam iudices probatam peregre, probatā domi pro-
pinquis, domesticis, libertis, auiae (facinus indignum)
matri tantum probare non possumus: usq; eo se liben-
ter credidit orbatam, ut suos non nisi mortuos agnoscat.
Quod si antea ignotum fuit, quantum pecuniae cupiditas
possit uictrix etiam de natura, triumphat mulier modo ca-
daver tanquam filium complexa, nec filium tanquam ca-
daver fugit: quae funus suum tantum funus credidit infeli-
cem puerum: sola non agnoscit, & propinquis causam
queritis quia uiuit.

I S

Narratio.

Habuimus adolescentem optimum, propinquum mitissimum patronum, fidelissimum amicum: maritum uero nimium quoque uxoriū, quod ignouimus. filium fustulerat, puer continuo ad auiam translatus est. scilicet & illa matris indulgentia occupata est, et hæc ablatū non indignata est. toto illi corpore innotuit, nō tamē ulteriorē auiæ notiā profiteor, nepotē suū optime facie nouit. Moriens igitur propinquus noster, testamentū scripsit breue et simplex: nā neque diu de primo hærede cogitandū fuit habenti filium, nec de secundo habenti priorē. nec sane inuidimus isti honerata uiri iudicia, quibus utinam gratiam referet; neque quis captare testamentum eius fas putauit, cui destinauerat suū. Hæc est nostra narratio. ista narret suos pyratas, non insequar eā malignis suspicionibus, nisi quo suos libentius mortuos agnoscit. Habetis narrationē pueri, habetis et matrē: audite liberti. Interposito tempore libertus notæ probitatis, deorū credo numine, quod rebus humanis etiam qua non apparet interuenit, peregre negotiandi causa profectus est, cum forte uideret puerū uenalibus interpositū, simul et cognouit & agnitus est. Quis, inquit, uobis narrauit in quas terras delatus essem? num auia uiuit? itaque habuit puer assertorē, assertor sponzorē, peregrinus aduocatos cū ipse uultus causā ingenuitatis suæ ageret filiū istius. Quid aliud dicā quā agnouerunt. Nec mirum nihil erat confusum fateor multiū absentiu quoque profuisse nomina, cum diceremus habet matrē, habet auiam, in una re iudices mentiti sumus. Affirmauimus enim futurum ut mater agnosceret: bona paterna filio peto. Sed ego, inquit, hæres sum. Sed hæc prior hæres perijt, inquit, quando

quādo apud auā ualuerat ad mortē accersitus. Diutius
captiui apud piratas uiuunt. Visis inquit pyratis relictus,
fluctibus obrutus est. Quid agis relictus? ulli metus filij
memoriam tibi excutiunt: matrē non agnosco. Quædam
animalia ipso ore in periculis catulos suos transferunt,
nouasq; illis indulgentia manus commenta est. noxios
alioqui morsus huic uni officio mitigant. Nidulorum, si
insestantur, crebra mutatio est: nec quicquam usque co
ferum est, ut non cum progenie sua migret. adeo illis qui
bus omnium rerum intellectus est, hic tamen affectus re
linquitur. Romani generis auctor, diuisis in patrem &
filium pietatis officijs, cum utrunque ad fugiendum an
ni deficerent, alterum tulit, alterum traxit: mater disce
fugere. Puto non natum cur mater non recipiat, quem
tam uilem habet, ut tanquam cadauer relinquat. Primus,
inquit, heres perijt: ni fallor, iudices in hoc controuersia
est utrum fluctibus submersus sit puer: an à pyratis rap
tus sit. Si doceo non perisse, nimirum raptus est: si rap
tum ostendo, doceo etiam uiuere: si uiuit, nimirum hic
est, quem inuenit libertus, euicit assertor, iudex remisit,
auia recepit. Verum ut propositum ordinem sequar, ne
go in mari perisse: littus amœnitate notum, nunquam
elato alluitur mari, sed molliter deuexum æquali pla
nitie paulatim superueniente pelago sub sedit longo spa
cio ingredientem fatigat antequā destituat. Porro tu tran
quillo mari auia æstuantē progressa es: credibilis scili
cet, ad hæc oblectamēta lætiores eligimus dies: horridus
uero decidenti uix undarum fragor, & æstuantis flu
uius minax facies, et tibi oportuna secundū ipsi habitādi
litora non rapiēda, sed expectāda obsessio est. ita habitas

ut tibi etiam tranquillitates eligere fastidiose liceat. Sanè tam
 men aduersis tempestatibus, & seuientibus secundis of
 ferre libuerit, ne hoc quidem periculosum: uenientis enim
 fluctus et consurgentis antequam fracti facies ante terret
 quam decepit. Vtinam quidē eiusmodi tempestatibus pro
 ductus esses puer, tu potius patrē reliquisses. Deniq; quo
 tempore submersus, an dū applicant pyratae, an ante: nec
 dum scis, tam secura es, hoc matri non credo. Cur enim
 nemo ex pædagogis uidit: si uidit, cur laboranti auxilium
 non tulit, dum applicant: necesse est utiq; tunc fluctus ui
 tauerit, et ipse quoq; pyratas fugerit. an uero eodem tem
 pore & pyrata applicat, & fluctus prædatur. Rogo uos,
 qui ante aduentum tutus fuit, aduentu pyratae perit. Cur
 ergo, inquit, nemo clamantem audit: primum uicinus uni
 darum seuientium fragor audientium auribus minorem
 excludebat sonum: deinde in tanto tumultu fugientium præ
 terisse uocem non mirum est. Quid ita non auditus est: ne
 quæso infœlici puero uilitatem suam putauerit: quod reli
 ctus, quod desertus est. Cur non audisti? longius fugeras.
 Sed post paucos dies corpus expulsus est. Quid mirum
 ubi pyrata uagantur. Quid tu porro impune sæpe maria
 traïci putas, nō minus possum dicere alienū fuisse quā
 tuum filium: signa confusa sunt, imo credibilius est naufra
 gi fuisse. Litus enim amœnum non infestos scopulos ha
 bet, utiq; post paucos dies, cum dicas expulsus, illud uer
 o longo tempore non expulsus, sed aduolutum. Quo
 modo autem potuit confusa facie agnosci, etas, inquit, con
 ueniebat hoc inter argumentum, mea nimirum est statura
 hoc actione loci. Quare ergo mater sepeliuit? nescio: hoc
 unum dico, non poterat agnosci, festinauit in bono.

Submouimus peregrinum cadauer: restat ut inducamus
filium.

DECLAMATIO.

Primus inquit hæres sepulchri est, hic ergo quis est? unde quia fiducia, etas eadē est? Quid si solet quidem hoc argumentum apud te ualere. Sed cur ex equalibus nemo alius hanc spem uindicat? hoc argumentum transeo, statura suffragatur, ne hoc me mouet: & tu hæc dicis. Sed hæc ualeant: ubi confusus est uultus, ubi lineamenta oris, oculorum, & coloris proprietates, capillorumque habitus, omnia statuere leuia: at similitudo fecit illi animum. Age quid si ancilla cognoscit. Est quidem humilis persona, & ei fortuna grauitatē detrahit. Sed sæpe magnorum fides & magnis uenit. Quid si frugi probata domino. Sunt etiam in his meorum discrimina. Quid ad fontem cause per gradus uenio? liberos patronus agnoscit, frugi seruos liberos facimus, sortimur genus non eligimus: nec ante nos nostri arbitrij sumus. Et nescio an manus sit facere genus libertus, an mulier: cuius iudicijs gloriaris, qui te filio substituit: hunc etiam a filio manumissa sit, quod tibi dedit nulli abstulit: quod huic etiam filio subduxit, & facilius uiro placere quam domino. Sed per se mentitur, agnoscit patronum, seruitutem sibi manumissus imponit. Huic, inquit, debeo munus, operas, testamentum, uindictam, magno redimere solent. Colludit cum auia: bene ages, tum euertere uis testem, alterum dedisti. conuenit, inquit, illis, proba: conuenisse sperauerunt effectum mendacij. Qui potuit esse sermo, nepos meus periit fluctibus et sepulchri est. Tu tamē uade aliquam uenale, adhuc ego
agnoscam

agnoscam: perfectum est, non timent depræhendi, non omnia signa confusa sunt: si odit testamentum potius dementiæ accuset, dicat subiectum, dicat falsum: accuset te, quod filium ad mare duxeris: dicat tua culpa perisse. Quare deinde tam sero post annos consilium initum est, eiusmodi res inter initia urunt, & liuor mora soluitur. Sed ad hoc proficiscitur, qua ratione alienum seruum euincit, modo dicebam: libertum habeo, etiam præiudicium habeo: si testis honestior iurauerit, conficitur controuersia. At ego multos iudices iuratos, & dabo, causa cognita, excussa & absoluta est. Nego soluenda esse iudicia: hunc esse puerum inuenti sunt qui iurarent, peregre inquit illic dicis, ubi non gratia, ubi cōtra hæc omnia nuda ueritas stabat, hoc meum argumentum est, quid quod non tantum iudicatum: sed etiam peregre iudicatum est, ubi non propinqui, ubi uix quisquam erat, qui patrem huius nosset. At hercules quale domi iudicium est, ibi solus libertus uicit, hic & auia defendit. Dedit, inquit, libertus pecuniam uenaliuario, ut præuicaretur, sane nec auia libertum timuerit, nec libertus uenaliarium. Proba libertum habuisse pecuniam, tulisse, dedisse, necesse est multum uenaliarius poposcerit. Aestimauit enim non rem suam, sed spem nostram: age deinde non timet libertus, ut illi qui puerum uendidit, ibi uendat iudiciū, ne ueniat, ne scribat, si corruptum iudicium non probas, uici. Agnoscit auia, quæ maiorem temporum partē huius oblectatione cōsumpsit. filius meus, inquit, in hac ætate talis fuit digna est testis notitia de nepote dici coram nullum testamentū capiat etiam suum pignoratur. Sero hoc placuit, & tuum argumentum est. si filium subtulit, pudice argumentum est. hunc curiose educauit

cauit in nullum littus duxit, sed filius illam uocauit. Si merito huius crimen, si merito illius, dic quare in monili mortuum illius criminati filium non queritur: sed sperat pecuniam: eius ætatis est, ut debeat cōtemnere. Odit me, inquit, quam habet iniuriam tuā, nihil queritur, nisi quod filium tuum in littus duxisti in quo perierat: nimirum oscula sua Venalitiano inquinat. Non debeo, inquit, uideri inuita filium agnoscere, mater sum in multis nihil matris ultra titulum est, nec nouerca omnes.

S E R M O.

IN matrem & illa Cicero dixit, mater enim à me tamen si in hunc hostili odio & crudelitate est, mater, inquam, appellabitur. Sub hoc tamen titulo insidiatam filio dicit quæsisse pericula, ut filij sui bona sector possideret.

D E C L A M A T I O.

Nihil quidem contra hæc timendum fuit, & supra si dem læsus est. Gratulari tamen tibi inter calamitates tuas cruenta possum quod auia secunda hæres non fuit. Multa sunt quæ animum tuum sollicitent, ingens patrimonij hæreditas, & grauior possessionis quam spei iactura est, et diu cum ea fuit illa tecum, certū habeo, cogitas, si recipio ducet uxorem, quam fortasse chariorem habeat quam matrē. Ergo sola obstat patrimonij cogitatio à pyrratis dimissū à fortuna. O te liberte inofficiosum reduxisti non ad imagines, sed ut propius amissam dignitatem aspiceret: etiam, inquit, fortunā meam noueram.

non est puer quod cum liberto queraris omnia tibi reddit præter matrem.

F I N I S.